

DOCTRINA MAUMETIS AB CODE.  
HERMANNO. TRANSLATA. IN-  
CIPIT. FOELICITER

**RAT NUNTIVS DEI.**  
oratio dei super eum & salus: sedens  
inter socios inciuitates sua Iesrab & de-  
scendit super eum angelus Gabriel &  
D. saluet te deus o Maumet. Respon-  
dens ait. Ipse est deus dominus salutis.  
Abeo namq; procedit & ad deum reuer-  
titur & illi. Veniunt inquit ad probandum te quatuor  
uiri prudentissimi. Ipsi principes iudeorum & magistri  
in israel. Maximus eorum Adrabibensalon, postea dic-  
tus Abdallahibenselen. Cui Maumet. Ad salutem ueniunt  
amice. An in obprobrium? Ad salutem inquit. Tunc  
nuntius dei patreuelem suum hali filium Abitalib ino-  
cursum eorum egredi iubet. descriptis ex nomine singu-  
lorum personis & habitu. Q; cum occurreret, salutat  
dicens. Salue Abyabesalon, & ceteri per ordinem sin-  
gulos suis nominibus appellans. q; admirantes rogant  
quis ei singulos ita discrete indicauerit. aut unde pre-  
scierit uenturos. Respondit se missum a patreuele suo  
Maumet, cum huiusmodi inditijs, secuntur uirum con-  
ferentes inter se de his que audierant, non sine admi-  
ratione. Cum ergo peruenissent ad prophetam, proce-  
dens abdyaybensalon ait. Salus super te Maumet. &  
ille salus inquit super eum, q; salutem se & pōz dei rimet?  
cui Abdyay. Ego inquit Abdyaybensalon. & hi socij mei  
periti legis nostre uenimus leggati a populo iudeorum

Deus est conseruationis  
dominus. Abeo namq;  
procedit omne & ad eū  
reuertitur.

Judei uisitarunt Maumet.

Comūs & ymptra Respon-  
sio ad saluantes.

Legati iudeorū ad  
Maumet.